

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 75. Ladislai Bohemiæ Regis responsum ad libellum supplicem
Bohemorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

§. LXXIV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.*Henricus VIII. Successor, defuncti
Filius.*

Successit eidem Henricus VIII. ejus *Filius Raynald.* ad
lius, qui decimo octavo ætatis suæ *hunc ann.*
anno solium consendens, in ærario plus-^{n.} 35.
quam decies octies centena millia libra-
rum Sterlingicorum nummorum reperit.

§. LXXV.

*Ladislai Bohemiæ Regis responsum
ad libellum supplicem Bo-
hemorum.*

Sub idem tempus Ladislaus Bohemiæ
Rex purioris fidei Catholicæ studio ex-
citatus, edictum promulgavit, quo Fratribus
Bohemis, seu Picardis interdictum,
ne in coetus publicos aut privatos coi-
rent, nec sectam amplius divulgarent.
Regerebant protinus illi, quod eorum
dogmata ab errore libera essent: Rex ve-
ro, licet in pluribus articulis eorum do-
ctrina orthodoxa videretur, illos audire
renuit, inquiens, se non ea, quæ sanæ
fidei

ne ab iis, qui in leges peccabant, populo stu-
diosior videbatur, quam tamen adhuc vivens
piorum consilio restituit.

Hist. Eccles. Tom. XXXII.

G

Sæcul. XVI. fidei consona, condemnasse, sed ideo eo-
 A.C. 1509 rum sectam rejicere, quia veritas variis
 erroribus corrupta esset. Ast cum ite-
 ratis precibus insisterent, ut ipsis conven-
 tus agere, suamque doctrinam prædica-
 re liceret, Rex epistolam acribus verbis
 conceptam ad Martham Bozckowitzium
 misit, adjuncto duplici responso ad u-
 tramque Fratrum Bohemorum apologiam.
 Profluxerat illud ex calamo Augustini
 Doctoris, qui solidis argumentis demon-
 stratum ibat, quod secta horum Fratrum se-
 cum ipsa pugnet, nullo nitatur fundamen-
 to, ac proin omnino necessarium sit, ut eis
 imponeretur silentium, ne simpliciores
 seducantur.

§. LXXVI.

Apologia Fratrum Bohemorum ad- versus Augustinum Do- ctorem.

*Pro fid ad
 Ladisl. cap.
 de Eucharist. rent,
 apud Lyd.
 t. 2. p. 10. cit.
 apol. p. 4.* Vix Augustini responsum divulgabatur,
 cum illico Picardi, ut illud refelle-
 de Eucharist. rent, ineunte anno Christi millesimo
 quingentesimo nono apologiam quam-
 dam publici juris faciebant. In ea reji-
 ciebant transubstantiationem, contendentes,
 panem & Vinum, sine omni ta-
 men mutatione, in Corpus & Christi san-
 guinem transfire: dein repetebant de no-
 vo ea, quæ jam antea contra Sacramen-

ti